



Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Iesvitarvm Assertiones, Ex Epistola Priori Divi Pavli ad Timotheum, in Schola Dilingana disputatas, quibus totum Papatum stabilire conati sunt, pia responsio

**Bidembach, Wilhelm
Osiander, Lucas**

Tvbingæ

VD16 B 5358

Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam,
cum impositione manuum Presbyterij

urn:nbn:de:hbz:466:1-36892

156 AD ASSERTIONES IESVI.
de libero Arbitrio:ad Assertionem Lutheri de Sen-
tuo Arbitrio contra Diatriben Erasmi: & ad recen-
tiora scripta synceritorum Theologorum , aduersus
Semipelagianos,Synergistas. Quibus enim illa scri-
pta, ex sacrarum literarū solidis fundamentis extrus-
ta, nō sufficiunt, eos tanquam ~~ābrogatō~~ suo ipsorum
sensui & damnationi relinquitus. Nostra sic est
breuiter sententia:Hominem animalem, vi natura-
lis sui arbitrij nihil ad conuersionem aut salutem
sui, vere & spiritualiter operari aut cooperari pos-
se, vt qui natura sit filius iræ, & in peccatis mortuus
Hominem vero renatum, quatenus renatus est, non
veteri voluntate aut ~~q̄p̄iu&nt;~~ carnis , quæ etiam in
renatis spiritui semper reluctatur , sed noua & per
spiritum sanctum creata bona voluntate , quæ non
substantia sed actione noua sit, ducenti & gubernan-
ti spiritui sancto obsequi, in quo tamen ipso du-
ctu ac regimine voluntas hominis magis patiendo
quam agendo, spiritui sancto se formandam præbe-
at, ita vt & cogitare, & velle, & incipere, & prole-
qui & perficere bonum non humanis sit arbitrij, sed
soli gratiæ Dei, qui in homine tanquam subiecto
ad participatum diuinæ iustitiae ac salutis condito,
clementer & potenter opera bonitatis & misericor-
diæ suæ exercet, vt glorificetur Pater per filium in
Spiritu sancto, Amen.

I E S V I T A E.

Noli negligere gratiam quæ in te est,
quæ

quæ data est tibi per prophetiam, cum im^e
positione manuum Presbyterij

X^{xi}psius, hoc loco potestatem episcopalem significat simul & VI.
gratiam, que ad eius utilem usum est necessaria: prophetia
vero electionem denotat, Spiritus sancti factam impulsu: Pres-
byterij vero nomine (sic enim legendum esse, non tantum Græ-^{1. Tim. 1.}
ac codices, sed & Ambrosius & Vetusla exemplaria latina indi-
cant) vel intelligitur chorus Episcorum, à quibus Timo-
theus fuerat consecratus, ut Chrysostomus cum Græcis cate-
ris interpretatur: aut ipsa dignitas Episci, ut Ambrosius & hunc locum,
Anselmus, significarunt. Hinc & ex alijs Apostoli verbis pri-^{2. Tim. 1.}
mūm discimus gratiam & dona nobis ideo tribui, ut opere-^{1. Corinth. 15.}
mur, deinde illos tantum constituendos Episcopos, qui ad id
munus tanquam Aaron Diuinitus eleclifuerint, tertio, inter
Episcopum, qui hoc loco Presbyter dicitur, ac reliquos Pres-
byteros aliquid esse discriminis, quare Presbyteri nomine di-
gnitatem & potestatem potius quam etatem, hoc loco, desi-
gnari.

RESPONSIO.

NE occasiones reprehendēdi arripere magis vi-
deamur, quam accipere, nihil in hac Assertione
dampnabimus: cùm siue Presbyterij nomine Col-
legium Presbyterorum, siue dignitas Presbyterij si-
gnificetur, nostra & religionis nostræ non multum
intersit. Hoc tamen Lectorem monere volumus, Ies-
suitas ipsos sub finem huius Assertionis Episci &
V ij Presbyteri

157

Presbyteri nomina confundere. Inter Episcopum (inquiunt) qui hoc loco Presbyter dicitur, &c. Cur ergo ipsis suprà cap. 3. Positione 1. de his nominibus tantopere digladiari libuit? Sed aiunt tamen, inter Episcopum ac reliquos Presbyteros aliquid esse distinctionis, & Presbyteri nomine dignitatem potestatemque potius quam ætatem designari. Vtrunque negat Hieronymus, tum in Epistola ad Oceanum, tum in Commentarijs Epistolæ ad Titum. Itaque cum Hieronymo committemus Iesuitas, ut cum illo dicimicent quantum velint: nobis enim hanc litem dirimendi potestas à Papa nondum delegata est. Quomodo verò è scripturis, & præsertim Paulinis Epistolis dirimi possit, suprà à nobis est ostensum.

Tit. 1. Nam ubi iubetur Titus cōstituere oppidatim Presbyteros, continuo subiicitur: Oportet enim Episcopum esse inculpabilem. Et alibi Paulus plures in una Philippensem Ecclesiā salutat Episcopos: & in **Act. 20.** Actis refertur, conuocasse Presbyteros Ephesios, quos ipse Episcopos sua Oratione nominat. Vnde manifestum fit, Episcopos, Presbyteros, Pastores, Ministros, promiscue in sacris literis vocari, qui ministerio verbi Ecclesiās regunt,

I E S V I T A E.

Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

VII. Si Episcopus recte fungens suo munere, salvator est aliorum;